Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315646-p0001-7

Sbd

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315646-p0002-3

C

D

I

Q Vanto fu
ſtudeat,
rioris G
ſanguin
cladium
commen
in *Petri Gnodalii*, & *Hub*
Luth. & *Jen.* & *Altenb.*
atrocitatem Principis ten
conculcare Principum ac
in p
ſupe
carit
part
pub
ac ſ
con
in c
fam
tum
vel
rec
hor
var
eor
be
to
lil

immo-

ILL. COLLEGII
CASIMIRIANI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES
RELIQVI
CIVIBVS SVIS

Programma

S. P.

QVanto furore malus genius hominum, ipſius fraudibus ſe permittentium, animos inflammare ad ſcelera rerumque omnium perturbationem ſtudeat, vix alias evidentius apparuit, quam ante bina hæc ſæcula. Anno enim ſæculi decimi ſexti vigeſimo quinto in eam rabiem ſuperioris Germaniæ ruſtici erupetunt, quæ & ſacra contaminaret omnia, & ipſa reip. vincula convelleret, neque niſi infinito fere miſerorum ſanguine reſtingui poſſet. Servant rei funeſtæ memoriam ætatis illius monumenta; renovant eandem paſſim adhuc obvia incendiorum cladiumque patriæ Germaniæ a furentib. illatarum veſtigia: nobis vero fraudis Satanicæ cautionem ipſa eventuum triſtitia ſummopere commendant. Non eſt animus, tantas clades longa narratione retexere. Si cui iſta evolvere volupe fuerit, habet, ubi expleat animum, in *Petri Gnodalii*, & *Huberti Thomæ*, *Leodii*, *Narrationibus*, *a Marqu. Frebero* inter alios Hiſtoriæ Germanicæ ſcriptores relatis; vel in iis, quæ *T. III. Opp. Luth.* & *Jen.* & *Altenb. Sleidano* item, *Thuano, Chytræo, Sculteti Annalib. Sekendorfii* & *Frikii Hiſt. Luther.* atque alibi exſtant. Vafritiem potius atque atrocitatem Principis tenebrarum obſervando notamus, qui uno hoc conſilio & vitam fortunasque tot mortalium in diſcrimen adducere, & auctoritatem conculcare Principum ac magiſtratuum, & obedientiam ſubjectorum, lege ſacra Dei nomine debitam, atque ultro præſtandam, vel evertere penitus, vel in perpetuum murmur convertere, & evangelii, libertatisque Chriſtianæ auguſta nomina in calumniam atque invidiam adducere: veteres contra firmare ſuperſtitiones, omnia ſuſpicionibus implere, novis exactionib. atque vexationibus pauperum feneſtram patefacere, maxima denique & veritati divinæ, & caritati vere Chriſtianæ repagula objicere, nimium quantum allaboravit. Quanquam enim, divino beneficio, tantus tumultus partim prudenti conſilio, partim vindice ferro, ſine diuturniori mora, ſit oppreſſus; tot tamen millia in rationes Orci venientia, tot offenſiones imbecilliorum, peſſimo exemplo publico proditæ, non potuerunt non afferre maximam inferorum tyranno voluptatem. Neque nihil actum eſſe pro regno tenebrarum exiſtimavit pravus ac ſubdolus ille genius, quum *Cochlæi* & tot ejusdem ſectæ hominum ore calamisque puriori doctrinæ, Lutheri opera divinitus reductæ, iſtam labem affricare conatus eſt, ac ſi tantum mali ex ejus præconio eſſet natum. Eodem quidem argumento, quo & vanitas gentilium primæ ætatis Chriſtianos tanquam omnium in orbe Romano calamitatum auctores publice traducebat. *Si Tiberis adſcendit in mœnia, ſi Nilus non adſcendit in arva, ſi cælum ſtetit, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues; ſtatim: Chriſtianos ad leonem! Tertull. in Apol. c. 40.* Ac ſi ante Chriſti adventum nullæ clades orbem & urbem cæcidiſſent. Ita & hunc tumultum Luthero imputant Papicolæ, ac ſi tum demum ad libertatem auſi fuerint provocare agreſtes, neque in eadem conſilia, vel duritia Dominorum, vel Clericorum Monachorumque luxu atque improbitate, vel propria libidine acti jam ante ſæpius fuiſſent. Qualia exempla ex ætate ſuperiori illuſtria recenſet *Ill. Sekend. Hiſt. Luth. lib. II. Sect. I. §. 1.* addique plura poſſent, v. g. Tumultus ruſticorum Gallorum, Rege Ioanne captivo, Duce Jacobo Bonohomine, ap. *Froſſard. lib. 1. & Abb. de Choiſy in Hiſt. Philippi Valeſii & Joannis*, RR. &c. Propius ad rem ipſam accedunt, qui tanti mali cauſſas, præter varium ingeniorum iſta ætate habitum, plebis ruſticæ *inſcitiæ* atque *proterviæ* adſcribunt: quas peſtes dum Sacrificulorum ſocordia multis modis aluit, eorundem vero aliorumque ſuperbia atque avaritia irritavit, ingens inde exortum eſt incendium, quod apud nos quoque Rœthenſe monaſterium, in Hennebergico autem Comitatu arcem, natalib. Illuſtriſſimæ familiæ conſpicuam, fœde evaſtavit. Contra, ubi plebs, fideli doctorum opera, accedente moderato Principum imperio, per doctores pios atque muneri intentos de officiis Deo hominibusque debitis mature inſtructa eſſet, atque ad veram in Chriſto libertatem rite vocata, vel nulla vel certe longe mitior popularis hujus mali vis fuit. Id hic Coburgi apparuit, cujus incolæ ſincera prudentique *Balth. Thuringi* inſtitutione atque admonitu a peſtis iſtius contagio immunes fuerunt; idemque in tota provincia Electorali, in qua *Lutherus* ipſe hærebat, contigit. v. *Schlegel. Init. Ref. Cob.* §. *XVII. Melanchth. Epp. ad Camer. &c.* Tanto majores vero gratias Deo O. M. lubentes meritoque & agimus, & habemus omnes, quod adhuc cruenta Satanæ conſilia potentiſſime confundere, nosque ſub umbra alarum ſuarum, cæleſtium geniorum præſidio munitos, annum hunc ſine turbis quietum pacatumque agere clementiſſime voluit. Datum hoc eſt, divino munere, Juſtisſimo *Auguſtiſſimi Imperatoris CAROLI VI.* imperio, ut ſub eo non modo Germania, ſed omnis, quam late patet, Europa, lætisſima pace conquieſcat, rariſſimo, inter tot cupiditates atque æmulationes Principum, beneficio. Quod ut proprium nobis perpetuumque ſit, ſingulis, pro ſua cuique parte, eſt elaborandum: perfici autem feliciter non poteſt, niſi auſſas malorum, *Inſcitiam* imprimis atque *protervitatem*, procul habeamus, &, quicquid ejus adhæſerit, ſedulo diligenterque corrigamus. Veſtrum hoc nprimis eſt, *Juvenes Studioſi*, quos ad honeſtas placidasque pacis artes, reique publicæ commoda ad poſteritatem tuenda, & publica omnium, & privata ſtrorum vota advocant. *Inſcitiam*, ingenii; *proterviam*, pietatis virtutisque cultu detergere atque amovere, & vobis decorum fuerit, & ex uſu publico. quis enim de populo intra modeſtiæ legitimæque obedientiæ limites continendo læti quid ſibi aliisque polliceri queat, niſi & ſcientia veri bonique, & ore virtutis veræ, & prudenti animorum in omnibus moderatione, quantum fieri poteſt, mature imbuantur illi, quos aliis olim præfuturos exiſtimus? In hanc certe ſpem *Sereniſſimorum Patrum Patriæ* gratia Vos adeo munifice fovet; doctorum veſtrorum ſtudia enixe contendunt; veſtri ipſo animi, ſi quidem recte ſapitis, acerrime proſpectant. Neque enim aliis vere bonus unquam fuerit, qui ſibi fuerit malus atque exitioſus. Ne quid per *inſcitiam* aut *proterviam* veſtræ obſit ætati, aut ſpei publicæ, provide per ſingula ſemeſtria luſtratio utriusque cœtus publica lege conſtituta eſt, ut eſtri in bono profectus explorentur, &, ſi quid turbatum luxatumque fuerit, emendetur in tempore. Cui ſalubri inſtituto proxima poſt Dom. XIX. Trin. hebdomas ita dabitur, ut publicorum cœtui d. VIII. Octobr. Pœdagogicis d. IX, Orationi Cenſoriæ d. X. reliqui vero Scholæ Senatoriæ tri- atur. Specimina vero indicentur craſtina luce & perendie, conſueto more; neque præmitti ſolita Alumnorum exploratio privata negligerur. Vos autem, *Optimi Caſimiriani*, exercitationes has literarias, veſtro commodo dicatas, alacriter ſubite, & nova indies, divina ope, capite doctrinæ omnisque recti moris incrementa! Valete in Domino! P. P. Prid Kal. Oct. Dom. XVIII. poſt Trinit.

A. R. S. cIↃ IↃ cc xxv.

COBVRGI,
TYPIS MAVRITII HAGENII, TYPOGR. AVL. DVCAL. VIDVÆ ET HERED.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315646-p0004-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315646-p0005-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315646-p0006-5

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

R140

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315646-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315646-p0008-6

CASIMIRIANI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES
RELIQVI
CIVIBVS SVIS
S. P.

o furore malus genius hominum, ipſius fraudibus ſe permittentium, animos inflammare ad ſcelera rerumque omnium perturbationem
leat, vix alias evidentius apparuit, quam ante bina hæc ſæcula. Anno enim ſæculi decimi ſexti vigeſimo quinto in eam rabiem ſupe-
is Germaniæ ruſtici erupetunt, quæ & ſacra contaminaret omnia, & ipſa reip. vincula convelleret, neque niſi infinito fere miſerorum
guine reſtingui poſſet. Servant rei funeſtæ memoriam ætatis illius monumenta; renovant eandem paſſim adhuc obvia incendiorum
liumque patriæ Germaniæ a furentib. illatarum veſtigia: nobis vero fraudis Satanicæ cautionem ipſa eventuum triſtitia ſummopere
mendant. Non eſt animus, tantas clades longa narratione retexere. Si cui iſta evolvere volupe fuerit, habet, ubi expleat animum,
Huberti Thomæ, Leodii, Narrationibus, a Marqu. Frebero inter alios Hiſtoriæ Germanicæ ſcriptores relatis; vel in iis, quæ *T. III. Opp.*
tenb. Sleidano item, *Thuano, Chytræo, Sculteti Annalib. Sekendorfii* & *Frikii Hiſt. Luther.* atque alibi exſtant. Vafritiem potius atque
s tenebrarum obſervando notamus, qui uno hoc conſilio & vitam fortunaſque tot mortalium in diſcrimen adducere, & auctoritatem
m ac magiſtratuum, & obedientiam ſubjectorum, lege ſacra Dei nomine debitam, atque ultro præſtandam, vel evertere penitus, vel
ur convertere, & evangelii, libertatisque Chriſtianæ auguſta nomina in calumniam atque invidiam adducere: veteres contra firmare
ia ſuſpicionibus implere, novis exactionib. atque vexationibus pauperum feneſtram patefacere, maxima denique & veritati divinæ, &
anæ repagula objicere, nimium quantum allaboravit. Quanquam enim, divino beneficio, tantus tumultus partim prudenti conſilio,
, ſine diuturniori mora, ſit oppreſſus; tot tamen millia in rationes Orci venientia, tot offenſiones imbecilliorum, peſſimo exemplo
n potuerunt non afferre maximam inferorum tyranno voluptatem. Neque nihil actum eſſe pro regno tenebrarum exiſtimavit pravus
us, quum *Cochlæi* & tot ejusdem ſectæ hominum ore calamisque puriori doctrinæ, Lutheri opera divinitus reductæ, iſtam labem affricare
tum mali ex ejus præconio eſſet natum. Eodem quidem argumento, quo & vanitas gentilium primæ ætatis Chriſtianos tanquam omnium
lamitatum auctores publice traducebat. *Si Tiberis adſcendit in mœnia, ſi Nilus non adſcendit in arva, ſi cælum ſtetit, ſi terra movit, ſi*
n: Chriſtianos ad leonem! Tertull. in Apol. c. 40. Ac ſi ante Chriſti adventum nullæ clades orbem & urbem cæcidiſſent. Ita & hunc
imputant Papicolæ, ac ſi tum demum ad libertatem auſi fuerint provocare agreſtes, neque in eadem conſilia, vel duritia Dominorum,
nachorumque luxu atque improbitate, vel propria libidine acti jam ante ſæpius fuiſſent. Qualia exempla ex ætate ſuperiori illuſtria
Hiſt. Luth. lib. II. Sect. 1. §. 1. addique plura poſſent, v. g. Tumultus ruſticorum Gallorum, *Rege Ioanne captivo, Duce Jacobo Bono-*
d. lib. 1. & Abb. de Choiſy in Hiſt. Philippi Valeſii & Joannis, RR. &c. Propius ad rem ipſam accedunt, qui tanti mali cauſſas, præter
iſta ætate habitum, plebis ruſticæ *inſcitiæ* atque *protervia* adſcribunt: quas peſtes dum Sacrificulorum ſocordia multis modis aluit,
rumque ſuperbia atque avaritia irritavit, ingens inde exortum eſt incendium, quod apud nos quoque Rœthenſe monaſterium, in Henne-
itatu arcem, natalib. Illuſtriſſimæ familiæ conſpicuam, fœde evaſtavit. Contra, ubi plebs, fideli doctorum opera, accedente modera-
io, per doctores pios atque muneri intentos de officiis Deo hominibusque debitis mature inſtructa eſſet, atque ad veram in Chriſto *Balth.*
libertatem rite vocata, vel nulla vel certe longe mitior popularis hujus mali vis fuit. Id hic Coburgi apparuit, cujus incolæ ſincera prudentique
... Electorali, in qua *Lutherus* ipſe hærebat, con- ... lubentes meritoque & agimus, & habemus ... præſidio munitos, annum hunc ... CAROLI VI. imperio, ... Prin-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315646-p0009-6